



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manvale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Ecclesiarum reuerentia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- 6 Neq; potest delegari simplici Sacerdoti Barbos. de pot. Epis. alleg. 28. n<sup>o</sup> 56.
- 7 In casu de quo supra nu. 3. erunt abradendi parietes. Azor. loco citato vers. 5.
- 8 Abiente Episcopo, & longe distante, potest idem ex iusta causa concedere, vt in Ecclesia consecrata, & polluta ante reconciliationem celebretur. DD. apud Barbos supra numero 61.
- 9 Tuitius est in tali casu concedere, vt in loco non facio celebretur, attento iure communis, vel post Tridentin. in priuatus Oratoriis, aut locis destinatis ad diuinam. idem ibidem 62.
- 10 Ecclesia benedicta tantum reconciliationi potest per simplicem Sacerdotem per solam aqua lustralis aspersionem. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 8. nu. 15. cum alijs.
- 11 Non est necessaria benedictio aquæ ab Episcopo. Barbos. loco citato numero 57.
- 12 Ante reconciliationem nemo potest ibi sepeliri. Sylu. V. Consecratio. 2. quæst. 9.
- 13 Neque possunt ibi recitari diuina officia. idem ibid. q. 7.
- 14 Si hodie polluitur Ecclesia, & ignoratur, & post octo dies ad notitiam veniret, intereaque fuerit celebratum, non est opus reconciliationis. Alfon. Castr. lib. 2. c. vlt. in fine de leg. pœnal.
- 15 Celebrans in Ecclesia polluta, quæ erat consecrata, ab ingressu Ecclesie tantum est suspensus. Sylu. V. Consecratio 2. q. 9.
- 16 Prædicta de pollutione Ecclesie non habent locum in Oratoriis. Suar. tom. 3. dist. 81. sect. 4. ol. 8.
- V. Benedictio nn. 4.
- Excommunicatio nn. 35.

## Ecclesiarum reuerentia.

- 1 AB Ecclesiis musicæ lasciviae, scœcularies actiones, vana colloquia deabulationes, strepitus arceantur. Trid. fest. 22. de obser. in celebr. Miss.
- 2 Vana, scœda, profana, strepitus iudiciorum, deambulationes, &c. dum diuina celebrantur, arceantur. Pius V. A. 1566.
- 3 Sub pœna 25. aureorum, & aliis arbitrio Ordinarii. ibid.
- 4 Qui ibidem impudica dixerit, seu fe Barth. Gauant. Man.

cerit, eadem pœna puniatur, & carceres per mensem, si cum mulieribus id acciderit. ibid.

- 5 Qui eadem gesserit cum aliis personis, pœnam luat aureorum decem. ibid.
- 6 Capitula. Rectores, Vicariis, Sacristæ, Ostiarii, Custodes troneant prædictos delinquentes, & Ordinariis deserant puniendos, alias daorum aureorum pœnam incurvant. ibid.

7 Mendicantes ad portam Ecclesiæ stare faciant, sub pena duotum aureorum Capituli negligenibus, & autem dimidi parochis. ibidem.

8 Regulares deputent aliquem ad praedicta, alias ab ordinario corripiantur grauissime, & à superioribus mobedientes puniantur. ibid.

9 Capsæ, & cadauerum deposita supra terram existentia amoueantur. ibid.

10 Custodes Ecclesiæ ne noctu quemquam in ecclesia morati sibant. Prou. i.

11 Ne quid frugum terra reponatur in ecclesia. Prou. 4.

12 Ne affigantur res, seu schedulae de rebus profanis, valuis ecclesiæ. ibid.

13 Ne res venales eius parietibus hæreant. ibid.

14 Ne super Capellas, vbi celebratur sit locus ad dormiendum, vel habitatio profana. ibidem.

15 Ne per ecclesiam fiat transitus cum oneribus. ibidem.

16 Intra presbyterium ne detur locus magistribus, aut laicis officialibus Congregation. Episcop. 12. Jan. 1604.

17 A Choro, & sacrifistia laici arceantur. Prou. i.

18 Ne altaribus hæreant laici neque fonti baptifinali. ibidem.

19 Ne sedent neque stent auersi ab Eucharistia iacramento. ibid.

20 Ne in pottis morentur. ibidem.

21 Ne scholæ Grammaticæ pro pueris ibidem fiant. Prou. 4.

22 Occisorum cadavera ne in ecclesiis inficiantur, sed alio portentur. Provinc. i.

23 Turcæ, aut mancipia ne permittantur ibidem tempore diuinorum officiorum. Congreg. Episc. 23. July. 1603.

24 Canes venatici, volucres, halæ, sclopets ne inferantur in ecclesiam. Prou. i.

F 15 Diui-

- 25 Diuisio sexuum procuretur . Provinc.4.  
 26 Ad Capellas subterraneas statuatur certum tempus pro mulieribus tantum ibid.  
 27 Velato capite mulieres sint in ecclesia. Prou.3.  
 28 Sub pena interdicti. *ibid.*  
 29 Ne conuocentur Ecclesiae ad consultanda laicorum negotia. Congr. Episc. 3 Febr. 1604.  
 30 Ne in cameterio , ac si area esset , tritura fiat , neq; telæ extendantur , neque ibi mulieres , aut alij fabrile quid operentur. Prou.6.  
*V. Immunitas Ecclesiastica ann. 12.*  
*Regularium iura sub Episc. nn. 43.*  
*47. Representationes sacrae. nn. 1.*

## ADDITIO.

- 1 Laici non debent in choro stare , nec sedere. *Congr. Rit. 4. Febr. 1600.*  
 2 Etiam si sint illustres , & de Magistratu. *eadem 21. Februar. 1604. 24. O. Æb. 1609.*  
 3 Et laicorum scandala , & loca moderari possunt arbitrio Episcopi . *eadem 10. Dec. 1604.*  
 4 Non possunt in Ecclesia examinari rei etiamsi extra locum immunem iuramentum praestetur . *Congr. Immunit. 7. Dec. 1632.*

## Edita.

- 1 Pontificiae constitutiones Romæ editæ de nouo , duobus saltē post mensibus in Diœcesis euulgantur . Prou. 2.  
 2 Et in librum referantur à Cancellario Episcopi . *ibid.*  
 3 Satis eti si affigantur certis locis publicis , nisi alius modus in Bulla præscribatur. Prou. 3.  
 4 Vulgari sermone , & summatim , si opus est. Prou. 4.  
 5 Idem fiat de Episcopalibus edictis . *ibidem.*  
 6 Certi dies singulis mensibus , Calendarij instat , notati statuantur , quibus , vel Pontificia , vel Tridentini , vel Diœcesana , vel Provincialia Decreta à Parochis publicentur . *ibid.*

7 Decretum Provinc. 7. de sumenda Eu- charistia in Paschate , non alibi quam in Parochia , sine licentia Episcopi , euulgetur in Quadragesima. Prouinc. 7.

8 Decretum de Medicis ne in confessos visitent , publicetur Dominica 1. Aduentus. *ibid.*

9 Decretum de Notarijs pia legata non denunciantibus die Dom. vlt. Adventus , & secunda Quadragesimæ promulgetur. Prou. 3.

10 Aliud item de confratribus inuitantibus alios ad eligendam sepulturam in Oratorijs confratrum , euulgetur semel in anno , si Parochis expedire videbitur. Prou. 7.

## Episcopus.

1 **Q**uæ attinent ad propriam Episcopi personam , hoc loco sunt indicanda : nam alij tituli huius operis ad eundem pertineat.

2 Pronfus à Sede Apostolica sine litteris Apostolicis recipiens administracionem suæ Ecclesie suspenditur ab administratione suætuum eiusdem: item recipientes , vel ei obedientes suspenduntur à perceptione suorum beneficiorum , donec absoluantur à Sede Apostolica. *Barb. alleg. 111. nn. 34.*

3 In ingressu Episcopi delatores baldachini incendant pedites , & capite nudo. *Cong. Rit. 27. Iulij. 1624.*

4 Processurus cum mozetta , eam depolare debet coram Cardinalibus , etiam non Legatis , ex consuetudine Italiæ. *eadem 10. Iulij. 1621.*

5 Et coram suo Archiepiscopo *eadem 31. Ian. 1626.* nisi aliud sit statutum , ut in Prou. Mediol.

6 Processurus cum Cappa , sufficit , si ea inducat in ea camera , in qua Canonici conuenient. *eadem 20. Noemb. 1628.*

7 Sedere potest in loco , quem ipse voluerit *Trid. sif. 25. c. 6.*

8 Potest Episcopus portare secum altare viaticum , & in itinere , & in quolibet loco suæ habitationis decenti Missam celebrare , vel celebrari facere . *cap. vlt. de prim. in G. V. gal. de potest. Episcop. c. 2. §. 2. nn. 4.*

9 Etiam in aliena Diœcesi , non tamen Romæ.